



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

119. An Acolyti, qui solemniter cereos ferunt in peccato mortali, peccent  
mortaliter? Et cursum docetur hoc etiam locum habere in eo, qui  
Capitulum, & Collectam pronunciat in Choro, qui id faciat ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# De Sacram. Ordinis. Ref. CXVII.&c. 331

gioioso, vxore verula manente in seculo cum castitate voto, si vir ad Episcopatum promouendus esset, necessarium fore, ut vxor illa Religionem ingrediatur ut obseruat Ancharanus in d. cap. sene, in fine. Et tandem nota contra Maiolum lib. 1. de irregular. cap. 34. num. 2. quod vi possit maritus ad Cardinalatum promoueri, non desideratur semper vxoris ingressus ad Religionem; sed non amplius desiderari puto quam ad Ordines a viro assumendos. Ita Sanchez ubi sup. disp. 4.1. num. 4.

## RESOL. CXVII.

*An Clerici sacris Ordinibus iniciari peccent mortaliter, si non deferant habitum clericalem, & coronam in capite?*  
Et quid, si cum enfe, vel aliis similibus supradicti Clerici Sacris iniciati incendant? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 182. alias 183.

**S. 1.** Ad istam difficultatem respondeo cum Villalobos in summa, tom. 1. tract. 11. disp. 16. n. 5. vbi sic afferat [Dize Syluestro ver. Clericus, §. 2. que] el Clerigo peccat mortalmente si no trae habito clerical, y la corona abierta, mas Cayetano in sum. ver. Clerici peccata, dice, que en esto solo le ay auiendo temeridad, & contumacia, o menoscipio, cuya sentencia me parece muy probable, y se puede seguir, porque es mas manfa, quando truxesse algun señal, en que se echarse de ver que es clero, mas si no truxesse ningun señal de fuerte que no se echarse de ver que era clero, como si truxesse espada, y otras cosas semejantes, no se efigiaria de pecado mortal, si no es que fuese por breve tiempo, o por alguna iusta causa.] Ita ille, & ego; licet contrarium probabilitate aduersus Caetanum doceat etiam Ledesma in summa tom. 1. de Sacram. Ordinis, cap. 11. tract. 2. per totam.

## RESOL. CXVIII.

*An Diaconus, & Subdiaconus peccent mortaliter frequentanter Epistolam, & Euangelium in peccato mortali?*  
Et quid, si longo tempore tales actus exerceant in peccato mortali?  
Et obiter notatur Diaconum ministrantem Eucharistiam in peccato mortali, non peccare mortaliter.  
Idem est de Sacerdote? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 194. alias 195.

**S. 1.** Affirmatiuè responder Filliucius tom. 1. tract. 1. cap. 6. num. 87. & à fortiori docebunt etiam hanc sententiam Doctores, afferentes absoluè tales peccare mortaliter, ut inter neotericos docent nouissime Cabrera de Sacram. quæst. 64. art. 6. disp. 1. §. 6. num. 48. & Sylvius in 3. part. quæst. 64. art. 6. dis. 1. §. 6. num. 55. vbi sit, non esse mortale, exercere functiones minorum ordinum in peccato mortali, quia, ut supra dictum est, non est certum, imò oportunitate multum probabile, minoris ordines non esse vera Sacraenta, arque adeò illorum ministros non esse ad huiusmodi functiones consecratos, vel saltem est valde probabile, eos non esse consecratos per gratiam, ac characterem sacramentalem, ac proinde ex sanctitatis defectu in ministerio colligi non potest mortale peccatum. Secundò, licet Ordines minores sunt Sacraenta, eorum tamen officia non sunt perfecta in genere facti mystérii, & ex consequenti propter levitatem materia non erit culpa mortalis. Ceteras rationes vide apud dictum Cabreram.

2. Sed ego contraria sententia tanquam probabiliori adhereo, quam docent Villalobos in sum. tom. 1. tract. 4. difficult. 10. num. 7. Fernandez de He-

redia disp. de Sacram. in genere, part. 10. dub. 3. num. 4; Vasquez in 3. part. tom. 3. disp. 13. cap. 4. Sotus in 4. disp. 24. quæst. 1. Valencia 10.4. disp. 9. quæst. 1. punct. 4. ad 4. Coninch. de Sacram. quæst. 64. art. 6. dub. 1. n. 38. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 16. sed. 4. & alij. Et ratio est, quia talis actio non est dispensatio meritorum Christi, ut sunt Sacraenta, aut opus in se tam sanctum, ut adgit tam gravis obligatio exercendi illud in gratia.

3. Et ita hanc sententiam ego veram etiam existimo contra Filiucium ubi supra, licet longo tempore tales actus exerceantur cum peccato mortali, quia sibi vellet peccate venialiter, non efficit peccatum mortale; & hi actus sunt planè separati inter se, nec relinquent effectum post se, ratione cuius prior coalescat cum posteriori. Nec valet assertere, si prius talia facere in peccato mortali, includere implicitum contemptum, nam hoc non est verum, quia non est illa ratio, qua iudicetur in eo actu frequentato magis includi virtutalem contemptum, quam in frequentatione mendacij iocosi, aut negligenter in repellenda distractio inter orandum. Haec omnia Coninch. vnde, ut diximus, non est audiendus Filiiucius.

4. Notandum est etiam hic obiter contra Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 1. cap. 5. num. 8. & alios, Diaconum ministrantem Eucharistiam in peccato mortali non peccare mortaliter. Et ita docet inter alios Io. de la Cruz in direct. confitent. part. 1. de Sacram. in genere, quæst. 4. dub. 3. concil. 1. quod etiam de Sacerdotibus nos intratatu de celebrazione Missarum, satis probabiliter docuimus.

## RESOL. CXIX.

*An Acolybi, qui solemniter cereos ferunt in peccato mortali, peccent mortaliter?*  
Et cur sim doceatur hoc etiam locum habere in eo, qui capitulum, & collectam pronunciat in choro, qui id facit tanquam Presbyter?

*Et an minores Ordines sunt vera Sacraenta?* Ex part. 3. tr. 4. Ref. 195. alias 196.

**S. 1.** Affirmatiuè responder Philippus Faber de Sacram. Ordinis, in 4. sent. disp. 24. quæst. 1. cap. 3. num. 80. qui citat Angelum, & Sylvestrum. Idem docet Nauar. in manusali, cap. 27. num. 163. & de Horis canonici, cap. 7. num. 41. qui etiam hoc docet locum habere in eo, qui capitulum, & collectam pronunciat in choro, qui id faciat tanquam presbyter.

2. Sed bonus, & doctus senex nimis scrupulosè loquitur. Ideo contraria sententiam veram esse existimo, quam docet Cabrera de Sacram. in 3. part. quæst. 64. art. 6. disp. 1. §. 6. num. 55. vbi sit, non esse mortale, exercere functiones minorum ordinum in peccato mortali, quia, ut supra dictum est, non est certum, imò oportunitate multum probabile, minoris ordines non esse vera Sacraenta, arque adeò illorum ministros non esse ad huiusmodi functiones consecratos, vel saltem est valde probabile, eos non esse consecratos per gratiam, ac characterem sacramentalem, ac proinde ex sanctitatis defectu in ministerio colligi non potest mortale peccatum. Secundò, licet Ordines minores sunt Sacraenta, eorum tamen officia non sunt perfecta in genere facti mystérii, & ex consequenti propter levitatem materia non erit culpa mortalis. Ceteras rationes vide apud dictum Cabreram.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 8. prope finem.

In Ref. 195. quia hic est soprain. 11.2. Ref. 195. & id multis aliis eius not.

Supra non talis sententia. Sed infra id Ref. que invenitur in 10.4. tr. 3. ref. 82. §. penult. magis latè ibi in tr. 1. Ref. 65. §. 2. à lin. 10. & 10. & in aliis eius not.

Ec \* RESOL.